




Per.
Lat
020

Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis: 4 coronae, in Germania 5 M., in Gallia 5 F. 25 c. Prostat Parisiis in aedibus Croville-Morant, 20 rue de la Sorbonne. — Telephonum: József 858.

Bellum exarsit.¹

Societas² Paci² Gentium² Tuendae² ac Libertati² nunc, cum bellum in Haemo³ excitatum est, populos principesque edicto⁴ proposito⁴ adit, cuius summa⁵ haec est:

Quadraginta quinque annos operam dat Societas nostra, ut cuique necessitas vitae humanae conservandae inculcetur⁶ itemque explanetur arbitrium⁷ liberum⁷ populorum cum ipsa libertate coniungendum esse. Quadraginta anni sunt et amplius, ex quo pacis amici demonstrare student pacem ab omnibus desideratam non fore firmam, nisi cum veritatis amore et libertate coniunctam. Europa, totus orbis ad⁸ cultum⁸ humanum⁸ deductus,⁸ universae denique gentes hac hora necesse est intelligant fieri non posse, ut quicumque populus servitute oppressus teneatur.



Necesse est omnes populi conscii⁹ officiorum, humanitate⁸ cultuque⁸ sibi iniunctorum,¹⁰ gentium iura praedicent¹¹ hisque iuribus accommodent¹² rationes¹² suas. Quae¹³ consilia¹³ agitant¹³ Societas Paci Gentium Tuendae populos et principes implorat, ut sociale¹⁴ foedus¹⁴ constituent, quo hae rationes sanciantur. Etiam hoc temporis momento, quod ad civitates Haemi attinet, populi et bellum gerentes et intercedentes¹⁵ Hagae¹⁶ Comitum¹⁶ disceptatores¹⁷ constituent intra arbitros¹⁷ perpetuos,¹⁸ quorum¹⁹ sit¹⁹ difficultates omnes infringere.²⁰

1 kigyúl 2 a béke és szabadság nemzetközi ligája 3 Balkán 4 kiáltvány 5 tartalom 6 «bevés» 7 függetlenség 8 civilizált 9 tudatában 10 ráró 11 hirdet 12 hozzá alkalmazza magatartását 13 ebben a szellemben 14 nemzetközi egyesülés 15 közvetít 16 Hága 17 választott bíró 18 állandó 19 kiknek a kötelessége 20 megszüntet

Nos in hoc rerum discrimine campanas²¹ pulsamus;²¹ excitetur religio²² generis humani. Expergiscimini populi, poscite cuique parti mortalium iustitiam, rerum²³ familiarium²³ copiam,²³ securitatem, libertatem cum iure coniunctam! Praedicate nobiscum clara voce sententiam, ut etiam a curatoribus²⁴ populorum²⁴ audiatur!...

Haec est summa edicti Societatis incorruptissimae,²⁵ quae nil nisi commoda hominum libertatemque populorum cum pace honesta spectat.

Terrores autem belli ob oculos ponit pictura Francisci a Stuck, notissima, quae inscribitur *Bellum*. Equitem nudum videmus, cruentum gladium manu tenentem, monstro vectum, supra corpora virorum iuvenumque incedentem. Pictura meracle²⁶ formidolosa!

Hanc picturam intuentibus²⁷ subeunt nobis imagines tristissimae belli: caedes, rapinae, servitutes, incendia, pestes cuiusque generis. Rogamus Deum, ut furores Martis cruenti quam primum sistere²⁸ velit.

²¹ megkondítja a harangot ²² lelkiismeret ²³ jólét
²⁴ kormányférfi ²⁵ önzetlen ²⁶ valóban ²⁷ szemlél
²⁸ megállít.




Fons sapientiae.

Ad narrationem A. Londez G. Totis.

Iuvenis Resid sapientiae cupidus a mane usque ad vesperum lectitabat libros grandes, e quibus secreta¹ doctrinae hauriret.² Sed quo diligentius investigabat,³ eo tristior fiebat, quia non invenit, quod quaesierat: non reperit fontem sapientiae maximae.

Semel ad iuvenem devertit⁴ senex, qui multas terras peragrans multum expertus est. Interrogavit senem Resid:



Vulpes et feles.

Vulpes. Quid tu ubique gloriaris?¹

Feles. Quidni?² Cum leonem aegrotantem inviserem, me in propinquos cooptavit.³

Vulpes. Et nihil a te petivit?

Feles. Sane⁴ quidem.⁴ Mus enim, qui in cavum⁵ eius irrepserat,⁶ saepe turbabat aegrotantis quietem. Id unum me rogavit, ut animal molestum necarem.

Vulpes. Tale aliquid cogitavi. Facilitas⁷ enim principum semper habet suspicionem⁸ eaque suspicio plerumque ostendit principes auxilii nostri indigere.⁹

Laus scrofae.¹

Canis (ad catulum²). Videsne scrofam saginatam?³ Ut spectat umbram suam atque amplum³ corpus!

¹ dicsekszik ² mért ne? ³ befogad ⁴ de igen ⁵ barlang
⁶ bemászik ⁷ leereszkedés ⁸ gyanú ⁹ rászorul.

¹ disznó ² kutyakölyök ³ hízott

— Ubi reperiam fontem sapientiae, quem ad hunc diem quaesivi?

Senex respondit:

— Vivit in urbe Mazeuderana vir, nomine Feridun, longe clarissimus sapientiā. Multum peregrinabar,⁵ multum experiebar, sed sapientiosem hominem nusquam vidi. Non est magister, neque sacerdos, sed simplex faber,⁶ tamen sapientissimus omnium, quibuscum in vita mea loquebar. Fortasse hic tibi fontem sapientiae maximae monstrabit.

Resid gratias egit seni pro consilio bono et protinus⁷ sapientem fabrum visere decrevit. Eo igitur die in viam se dedit et post longum tempus pervenit ad domicilium Feridunis. Intravit officinam⁸ et constitit ante grandaevum⁹ magistrum.

¹ titok ² merit ³ kutat ⁴ betér ⁵ utazik ⁶ mesterember
⁷ legott ⁸ műhely ⁹ öreg

Scrofa. Tu canis, valde scire velim, quid homines de me sentiant.

Canis. Dicam.

Scrofa. Sed quid rides?

Canis. Non rideo . . . Homines iam te⁴ vivo⁴ gaudent morte tua et sententiam in hoc tempus desideratum differunt.⁵ Tunc vero hoc modo laudaberis: Saepe scrofa fetum⁶ edebat,⁶ largo⁷ pastu⁷ vescebatur, denique lardum⁸ crassum reliquit.

Ad A. Fáy *Vincentius Lakatos.*

Feles et vesperilio.¹

Feles. Nunc te teneo. Bonam mihi cenam praebebis, vesperilio.

Vesperilio. Sine² me, carissima feles, sine me!

Feles. Non te sinam, quia inimica sum omnibus avibus.

Vesperilio. Non sum avis, mus³ sum.

Feles. Si mus es, te dimitto, abi. (*Vesperilio* vix servatus ab alia fele capitur.)

Vesperilio. Da mihi vitam, feles fortissima, obtestor⁴ te.

Feles. Non concedo tibi vitam, semper enim cum muribus bellum gero.

Vesperilio. Falleris,⁵ feles, non sum mus, ego avis sum.

Feles. Si non es mus, libere abire potes.

— Quid agis, mi fili? — interrogavit eum Feridun.

Resid breviter enarravit, cur venisset.

— Innumerabiles libros iam legi, sed in nullo repperi, quod quaero: fontem sapientiae. Ad te veni ergo, vir sapiens, ut apud te invenirem, quod ardentissime cupio.

Faber leniter¹⁰ percussit¹⁰ humerum iuvenis, deinde:

— Optime fecisti, mi fili — inquit — quod ad me venisti. Operam¹¹ dabo,¹¹ ut desiderium tuum expleam.¹² Magni¹³ aestimo¹³ hominem sapientiae cupidum. Deponito baculum¹⁴ ceterasque reculas et obliviscere domus tuae antiquae. Hic particeps¹⁵ amoris mei eris, si voluntate meae obtemperaveris.

— Quid desideras, magister sapientissime?

— Oboedientiam.¹⁶

Resid demisit¹⁷ caput ante magistrum:

Sic vesperilio ignavus⁶ prudentiā sibi vitam servavit. At homo iustus pro⁷ loco et tempore naturam non mutat.

G. a Beöthy.

⁴ életedben ⁵ elhalaszt ⁶ fiadzik ⁷ bő táplálék ⁸ szalonna.

¹ denevér ² enged ³ egér ⁴ kérve-kér ⁵ csalódik ⁶ gyáva ⁷ szerint.



De Atlantide insula.

In actis¹ diurnis¹ nuper legimus *Mosonyium*, Hungarum virum doctum, cum socio suo Britannico *Meckham* ad insulam fabulosam Atlantidem detegendam² profectum esse. Viris enim illis videtur aliquando re vera fuisse illa terra, quae a Platone Atlantidis nomine descripta est. Nam multae res testantur³ in ea parte orbis terrarum, mari nunc submersa,⁴ vixisse homines, unde populi veterum aetatum orti sint.

Duobus in dialogis *Platonis*, qui inscribuntur *Timaeus* et *Critias*, de insula illa fabulosa haec leguntur: Ultra Columnas⁵ *Herculis*⁵ aliquando sita erat insula ingen-

¹ ujság ² fölfedez ³ bizonyít ⁴ elmerít ⁵ Gibraltar

— Promitto me oboedientem tibi servum fore.

Magister deinde iuvenem ad follem¹⁸ officinae duxit et ostendit, quomodo catena¹⁹ follis tractanda²⁰ esset et quomodo assidue ignis conflandus.²¹

Resid sine ullo verbo paruit et totum diem apud follem stetit graviter laborans. Nulla querela²² ei exiit. Quotidie exspectavit, ut magister sapiens doctrinam inciperet, ut ad fontem sapientiae perveniret.

Magister per dies integros²³ nullum verbum cum iuvene commutavit,²⁴ nisi capitis nutu²⁵ vel manu praecepit alumno,²⁶ ut citius vel tardius ignem conflaret.

Reliqua persequemur.

¹⁰ megvereget ¹¹ iparkodik ¹² teljesít ¹³ nagyra becsül ¹⁴ bot ¹⁵ fészkes ¹⁶ engedelmesség ¹⁷ meghajt ¹⁸ fújtató ¹⁹ lánc ²⁰ kezel ²¹ fű ²² panasz ²³ egész ²⁴ vált ²⁵ intés ²⁶ tanítvány.

tissima, multo maior, quam Asia Minor cum Libya. Ex ea insula transvectari⁶ navibus poterant et solebant incolae in alias quoque insulas, ex iis in terram⁷ continentem⁷ maximam. Nove ferme milibus annis ante Solonem Atlantis insula terrae marisque motu⁸ profundo⁹ hausta undis maris sepulta est cum ceteris insulis terraque continente.

Praeterea etiam aliae fabulae de Atlantide illa narrantur in antiquis operibus occultis, e quibus hauriens fontibus *Scott Elliot* haec conscripsit: Ante decies¹⁰ centena¹⁰ milia¹⁰ annorum, ubi nunc est Oceanus Atlanticus, duae partes orbis terrarum fuerunt: Ruta et Daitya, quarum secunda de deo Atlante Atlantis appellata est, quae autem diluviis¹¹ sensim¹² hauriebatur. De diluviis illis narrant mythi populorum, litora maris mediterranei ac Oceani incontinentium.

Etiam *Neumayr*, geologorum aetatis nostrae praestantissimus, in opere suo de Orbis Terrarum historia conscripto permultis indiciis demonstrat Europam cum America septentrionali, Africam cum Brasilia quondam coniunctam fuisse, qua de continente nunc insulae tantummodo mediocres prope Africam ad¹³ occidentem¹³ vergentem¹³ sitae exstant. M. F.

Auris Dionysii.

In rerum scriptorum libris antiquis scriptum legitur Syracusas civitatem potentissimam fuisse. Notum est bellum illud



cruentum ad promunturium¹⁴ Plemmyrium, ubi Syracusani septem milia Graecorum ceperunt, quos ad lautumias¹⁵ damnabant. Inde suppedi-
tabatur¹⁶ materia urbi aedificandae. In lautumiarum pariete¹⁷ occidentali, iuxta theatrum Graecum est ca-

verna¹⁸ 65 metra longa, 23 m. alta. Nomen est ei *Auris Dionysii* (vide picturam), quia ille tyrannus ibi sermones captorum servorum aucupatus¹⁹ esse dicitur. Cuniculus²⁰ superior in cameram ducit, ubi etiam nunc verba in profundo pronuntiata optime intelligi possunt, ubi sonus sclopetuli²¹ ictus²¹ acutissime repercutitur.²²

6 átkel 7 szárazföld 8 rengés 9 mélység 10 1,000.000
11 áradás 12 lassankint 13 nyugati 14 hegyfok 15 kő-
bánya 16 szolgáltat 17 fal 18 nyílás 19 kihallgat
20 csatorna 21 pisztolylövés 22 visszhangoztat.

Friderici Schilleri carmen «Das Mädchen aus der Fremde».

Latine convertit *Guil. Lehmann* Vratislaviensis.

Vallis erat, qua, cum primum stridebat¹ in auris

Carmen alaudarum nobile vere novo,

Advena pastores virgo visebat egentes

Formosa² specie² mirificaque nitens.³

Non erat illius virgo convallis⁴ alumna,⁵

Nec poterat quisquam promere,⁶ cuius⁶ foret ;

Ulla nec ambrosiae⁸ vestigia forte puellae

Vidisses, simulac dixerat illa vale.

Reddebat placidos animos praesentia divae

Diffusis⁹ puro numine pectoribus ;⁹

Maestas vero prohibebat, ne quis amice

Plus iusto gereret se modiceve¹⁰ parum.¹⁰

Munificis manibus dulcissima virgo ferebat

Praepulchros flores fervidiore plaga¹¹

Natos et fructus alio sub sole creatos

Ac maturatos fertiliore¹² solo.

Unicuique suum tribuebat candida donum :

Huic flores, illi dulcia poma dabat ;

Quotquot erant, omnes aucti¹³ sua tecta petebant,

Et pueri laut¹⁴ decrepiti¹⁵ senes.

*Quotquot erant praesto,¹⁶ cunctos salvere iu-
bebat ;*

Sed iuvenum si par adveniebat amans,

Egregium florem, quo non praestantior ullus,

Donum, quo melius nil erat, hisce dabat.


1 zeng 2 szép alakú 3 ragyog 4 völgy 5 neveltje
6 «megtud» 7 hova való 8 isteni 9 eltölti a keblet
10 kevéssé illendően 11 vidék 12 termékeny 13 gyarapít
14 vidám 15 megrokkant 16 jelen.



Alexander Takács intrepidissimus Hungarorum aëronauta in campo Rákosiano post volatum pulcherrimum aëroplano corrupto delapsus ilico¹ mortuus est. Exsequias² fune-
ris,² omni apparatu et honore celebrati, triginta milia hominum prosecuti sunt. In carminibus feralibus,³ in orationibus fune-
ribus singultabat⁴ luctus omnium et tristitia, quibus mortes heroum afficere solent animos mortalium. Qui aestimationem⁵ parcis⁶
manibus vivo impertiverant, manibus plenis flores et laurum dedere mortuo, cuius animam his saltem⁷ donis adcumulabant.⁸

Aërobaticum Zeppelinianum, quod L. I. appellatur, e Portu⁹ Friderici,⁹ Berolinum volans hoc iter quinquaginta horis emetiebatur.¹⁰ Quo tempore diutius nec ullum quidem navigium aërium hactenus¹¹ continenter¹² volasse affirmatur.

Novum hoc navigium speculatorium¹³ centum sexaginta metra longum, per¹⁴ medium¹⁴ quindecim metra occupat; in duodeviginti membris¹⁵ viginti duo milia metra cubica spiritūs¹⁶ naturalis¹⁶ continentur. Sunt cubicula ministris¹⁷ recipiendis, telegrapho



sine filo et pyrobolis¹⁸ mittendis. Moles¹⁹ ingens tribus machinis movetur, quarum singulae centum et septuaginta equorum vires aequant.

Berlin II. erat nomen aërobatici, quod super urbem Spansberg volans dirumpeba-

tur.²⁰ Machina enim in nimbis²¹ fulmine²¹ icta esse videtur. Stikler centurio et Göhrke machinator,²² qui in corbe sedebant, perierunt.

Lacours aëronauta Gallus super vicum Mussidon volans ex altitudine centum et quinquaginta metrorum delapsus mortuus est.

¹ legott ² temetés ³ halotti ⁴ zokog ⁵ elismerés
⁶ fukar ⁷ legalább ⁸ elhalmoz ⁹ Friedrichshafen
¹⁰ «megtesz» ¹¹ eddig ¹² egyfolytában ¹³ kémlelő
¹⁴ átmérőben ¹⁵ helyiség ¹⁶ gáz ¹⁷ legénység ¹⁸ bomba
¹⁹ tömeg ²⁰ szétrobban ²¹ viharfelhő ²² mérnök.



Roaldus Amundsen Geographorum Societate Hungarica invitante XII. Cal. Nov. Budapestinum venit, quod hac occasione iterum visit. Anno MCMVIII., parte maris inferiore,¹ quae¹ ad¹ occasum¹ solis¹ spectat,¹ enavigata in urbe nostra morabatur.

Eo ipso die, quo advenit, duas habuit orationes, utrasque germanice, quia plures inveniuntur apud nos hoc sermone lo-

quentes, quam norvegice. Primam in Museo Nationis horā quintā, alteram horā nonā in Circulo Sociali V. regionis. Primae intererat etiam archidux Iosephus cum uxore Augusta, qui attentis animis verba navigatoris intrepidi prosequabantur. Imaginibus,² luce² expressis² audientium studia³ etiam magis tenebantur.

Gymnasium catholicum regium, Eperjesiense maximo luctu affectum est. Magister Gabriel Gallé, qui iam pridem aetatis⁴ excusationem⁴ acceperat, pridie Id. Oct. prima

¹ északnyugati ² fénykép ³ érdeklődés ⁴ nyugdíj

luce, hora quarta, aetatis anno quinquagesimo quinto vitā decessit. Et familia mortui, et collegium magistrorum, et iuvenes litterarum studiosi cum dolore gravissimo acceperunt nuntium tristem. Sepultura viri XVII. Cal. Nov. hora tertia fuit. *Victor Pécs.*

In Novae Seelandiae urbe Auckland nuper olitor⁵ quidam senex, Riccardus Walters nomine, e vita excessit, qui, quamquam sescenties⁶ centena⁶ milia⁶ marcarum iuste et legitime possidebat, tamen nunquam his pecuniis usus erat. Cum enim haud multo ante apparuisset eum summae illius Londini depositae heredem⁷ esse diu quaesitum, erus⁸ hominem frustra hortabatur, ut quibus rebus posset, in pecunias asciscendas⁹ insisteret;¹⁰ nihil vero huiusmodi Walters egit, immo cuilibet se suis rebus et vitae condicionibus¹¹ plane contentum esse dixit; atque Londinum scripsit se non dignas putare istas pecunias, quibus animi concitarentur.¹² Itaque non aliter atque antea vitam agere pergebat, neque quisquam operarium¹³ illum senem in numero divitissimorum Novae Seelandiae virorum ducere poterat. Obiit igitur animo ab illecebris¹⁴ divitiarium invicto. Nunc autem fiscum¹⁵ fore heredem verisimile est. *Guil. Lhm., Vratisl.*

Inter Italos et Turcos pax hac lege¹⁶ composita est, ut Italia Turciae quadringentes centena milia francarum pro Tripolitana et Cyrenaica provincia solveret, quae sui¹⁷ iuris¹⁷ declarabuntur, re autem vera Italiae fient. Ceterum hae pacis condiciones¹⁶ nondum publicabantur neque earum singula¹⁸ publicatum iri putamus.

In fodinis¹⁹ Australianis, prope urbem North-Lyell in altitudine septingentorum metrorum organis²⁰ pneumaticis²⁰ corruptis incendium ortum est, quo undenonaginta fossores²¹ a luce secludebantur.²² Quattuordecim servati sunt, sed triginta quattuor adhuc terrā clauduntur, unde unus et quadraginta mortui prolati sunt.

5 zöldségartész 6 60,000.000 7 örökös 8 gazda
9 birtokba vesz 10 megsürget 11 állapot 12 felizgat
13 munkás 14 csalogatás 15 kinestár 16 feltétel
17 független 18 részlet 19 bánya 20 szivattyú 21 bányász
22 elzár.



Holmiae¹ cum nuper Olympia² agerentur,² homo quidam in deversorium³ ingressus umbellam⁴ suam in arrectariis⁵ posuit atque capulo⁶ umbellae argenteo schedulam⁷ affixit, in qua haec scripserat: «Is, cuius est haec umbellae, in arte pugillandi⁸ primum⁹ tenet⁹ locum⁹ et mox redibit». Cum brevi tempore post depromere¹⁰ vellet umbellam, hanc iam non repperit, at in arrectariis aliam schedulam vidit affixam et haec verba ostendentem: «Is, qui nunc habet umbellam, cursor Marathonius est neque unquam redibit». *Guil. Lhm. (Vratisl.)*

Posonii habitavit femina, quae discipulis mercede¹¹ pacta¹¹ victum¹² praebabat, saepe audivit ab iis hoc proverbium: Plenus venter non studet libenter. Aliquando magister feminae dixit: Discipuli non bene discunt, fortasse nimium liberali¹³ victu eos alis. Cui femina respondit: Ita, ita; plenus enim venter non libet¹⁴ studenter.

R. Wielatz (Budapest, III. regio).

Magister. Quid de¹⁵ auro¹⁵ fiet, si aëri exponetur?

Discipulus. Surripietur.¹⁶ *Henricus Cervus.*

Post pugnam apud Austerlitz amplius¹⁷ quidam praefectus militum Russus in genu procumbens Napoleonem rogavit, ut se interficeret.

— Indignus sum vitā — inquit perturbatus — qui tormenta¹⁸ bellica¹⁸ perdiderim.

— Magni¹⁹ duco¹⁹ lacrimas tuas, praefecte, respondit imperator, sed exercitu meo vinci non est inhonestum, mihi crede.

Sacerdos. Quid de Caino didicisti?

Discipulus. De hoc loqui nolo. Puer pessimus fuit. *H. Cervus.*

1 Stockholm 2 olympiai játékokat tart 3 vendéglő
4 ernyő 5 ernyőtartó 6 fogantyú 7 cédula 8 ökölvívás
9 világbajnok 10 elvisz 11 kikötött fizetésért
12 ellátás 13 bőséges 14 német szó: szeret 15 az arannyal
16 ellop 17 nagy állású 18 ágyú 19 nagyra becsül



— **In insula** Sanctae Helenae Napoleon aliquando fidelissimo suo, cui nomen erat Las Cases, haec dixit:

— Res adversae deerant vitae meae... Si nunc in nubibus sederem et in summo²⁰ fastigio²⁰ vita decessissem, aenigma mansissem hominibus. Nunc, quoniam rebus adversis cedere cogebar, iudicare possunt de me, ut libet.

Dominus a cingaro occurrente interrogatur, quo modo valeat.

— Mundus conversus est, respondit ille, ut aliquid dixisse videatur.

— Converteretur, si tu esses cingarus, ego dominus. *Z. Hallay.*

Cingarus in foro anserem morticinum²¹ vendere voluit. Dominus eum alloquitur: Tu cingere, anser quidem morticinus est.

— An tu, domine, anserem vivum edere soles? *Eug. Kovács (Bp., III.).*

Quis vestrum ignorat Francisci Molnari librum pulcherrimum: «Pueri vici Paulini»? Emericus parvus quoque maxima voluptate legit hunc librum. Unum tantum dolebat,²² quod bonus Nemecek moreretur. Nuper Emericus cum matre ambulans librum nostrum expositum vidit in taberna²³ libraria.²³

— Matercula, eme mihi hunc librum.

— Sed tu iam habes istum.

— Meus liber involucro²⁴ caeruleo²⁵ est, hic autem involucrum fuscum habet.

— Mi fili, id nihil refert. Hic liber similis est tuo.

Emericus cogitans: Tamen emito, quia forsitan in hoc libro Nemecek non moritur.

Guilelmus Borussiae²⁶ princeps, qui posterius imperator primus Germanorum factus est, anno 1849. fatidicam²⁷ illam Gallicam, cui nomen erat Lenormand, adiisse et interrogasse dicitur, quando gentes Germaniae in unum corpus coalituri²⁸ essent. Cui fatidica respondit:

1849
1
8
4
9
1871

Tum princeps interrogavit, quando moriturus esset. Responsum:


1871
1
8
7
1
1888

Denique percontabatur²⁹ Guilelmus, quando foret, ut imperium Germaniae dilaberetur.³⁰ Responsum erat:

1888
1
8
8
8
1913

Hunc iocum mathematicum in actis Germanicis legi, quae inscribuntur Daheim, et quia non sine delectatione lectum iri putabam, cum sociis nostris eum communicandum esse existimavi.

²⁰ dícsőségem tetőpontján ²¹ kimult ²² fájlal ²³ könyves bolt ²⁴ boríték ²⁵ kék ²⁶ Poroszország ²⁷ jósnő ²⁸ tömörül ²⁹ tudakol ³⁰ szétbomlik.



I.

Agricolae gnavi¹ servus traho fidus aratrum;
Lucida me norunt sidera zodiaci.²
In me convertit sese Divum pater olim
Virginis humanae pressus amore gravi.
Atque meo mons est Asiae sub nomine notus:
Tigris et Euphrates rura propinqua rigant.³
G. Lehm. (Vrat.)

II.

Lector, is es quem significo; tamen is cave
ne sis,
Quem mea vox sensu deteriore⁴ notat! —
Auctoris quoque Romani dico tibi nomen,
Qui scripsit vitas gestaque magna ducum.
Idem.

¹ serény ² állatöv ³ öntöz ⁴ rosszabb

III.

Me portare solet vadens⁵ per rura viator.

Inserere⁶ litterulam: grata sit esca⁷ tibi!

Idem.

IV.

5	5	5
5		5
5	5	5

Horum numerorum summa est 40, e quibus 8 deducantur, reliqua ita disponantur, ut et deorsum et dextrorsum et sinistrorsum summa 15 efficiatur.

I. Arth (Óverbász).


V.

5. 4. 2. 1. 3. contrarium spei
3. 4. 5. 4. 6. hoc serit agricola
7. 1. 9. 10. 11. persequuntur sontem
8. 10. 9. 8. 1. 3. multos Romani aedifica-
1—11. notissimum proverbium. [bant

A. Weisz (Nagyszeben).

VI.

L. Horváth (Keszthely).




⁵ megy ⁶ betold ⁷ étel.

Solutiones aenigmatum numeri 2.

I. Mater mea. — II. Aenigma. — III. Mustela. — IV. Corsica insula.

Aenigmata recte dissolverunt: *F. Avolo* (Mediolani), *L. Böhm* (Keszthely), *F. Eite* (Leopolis), *T. Fehrentheil* (Gyergyószentmiklós), *I. Habel* (Vindobona), *L. Irsik* (Budapestini), *Z. Jakubowski* (Leopolis), *Keszthelyiensis* quidam, *A. Korchmáros* (Budapestini), *N. Lázár* (Debrecen), *St. Morawiecki* (Leopolis), *I. Nagy* (Budapestini), *I. Oldh* (Budapestini), *M. Pataki O. S. B.* (Sacer Mons Pannoniae), *B. Robertson* (Londinum), *N. Szarvas S. J.* (Aenipons), *T. Szumowski* (Leopolis), *V. Telatynskij* (Stanislaopolis), *A. Wámoscher* (Sopron).

Praemium *Andrae Korchmáros* sorte obvenit.



Ad lectores linguā Gallicā loquentes. Aliquot lectorum commercium epistolarum Gallicarum vehementer cupiunt. Si quis vestrum desiderantibus morem gesturus hac linguā per epistolas colloqui velit, adeat moderatorem Iuventutis. — *V. Marian.* Hoc proposito vulgato tu quoque acquiescere poteris. — *A. K.* (Keszthely). Alterum religionem offendere, alterum vero a Iuventutis humanitate abhorrere videtur. Alia mitte! — *Henricus Cervus.* Equidem emendo errores tuos, tamen recte facies, si attentior in scribendo fueris. — *Improbitalis arbor prodiit.* Iam in Arena Iuventutis publici iuris factum est. Posthac atramento scribe. — *Guilelmus W.* Linguā Latinā parum facete dictum est; linguā Germanicā citari solet. — *Eugenius W.* Facete dictum, sed non pulchrum. — *G. Láng.* Tui simile iam prodiit in Iuventute, quamobrem te rogo, ut aliud mittas. — *Uredo* (aenigma). Sine nomine mihi missum est. Quis hoc scripsit? — *Victor P.* (Eperjes). Ut vides, tuum aliā formā, iam pridem ab alio missum publicatum est. — *Ladislaus Irsik.* Iam te a Iuventute descisse putavi. Cur tam diu tacebas, mi fili? Pro aenigmate gratias. — *Pueri vici Paulini.* Quis hoc misit? — *Ladislaus P.* Primum aptum est, quo religiones offendantur, alterum iam prodiit. Alia mitte. — *Aenigma.* Non recte iudicas. Nomina enim eorum, qui solutiones miserunt, in urnā ponuntur, undē unum extrahitur. In fortuna res posita est. — *St. Roboz.* Bene rem delineasti, sed mihi parum prodest, quia iam in anni II. numero 3. prodiit. — *Iosephus B.* (Zenta). Satis facete enarrasti historiunculam, sed sermone Latino non satis lepida videtur. — *Franciscus R.* (Vindobona). Multum sciscitas, ad quod breviter respondere difficillimum est. Ubinam lectores Iuventutis sint? Maxima pars in Hungaria, qui omnes (ad duo milia) editionem notis Hungaricis legunt. Habemus editionem etiam notis Germanicis aliamque Gallicis. Altera non solum in Austria et Germania legitur, sed etiam in aliis terris, ut in Finnia et Polonia. Gallicas praeferunt notas socii nostri in Gallia, Britannia, Italia, etiam Americani et perpauci qui sunt in Sina paganorum doctores. In Helvetia inveniuntur, qui Germanicam et qui Gallicam legant editionem. — *Houdon* (Paris). An tua editurus sim? Quidni? Si illis lectores nostros delectatum iri putabo. — *De reliquis proxime.*

Moderator ephemeridis **STEPHANUS SZÉKELY** DR. Budapestini, Üllői-út 71., ad quem litterae quaecunque mittantur.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar Középiskola.